



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Secvnda Classis. In Qva Libri certorum Avctorvm expurgati, aut prohibiti,
&c. E

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)

SECUNDA CLASSIS.

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM expurgati, aut prohibiti, &c.

Fr. EMANVEL Rodericus

Eius *quaestiones Regulares, & Canonicae.*
Salmanticae, apud Didacum à Cusio,
1604.

Tom. i. quaest. 4. artic. 1. p. 27. initio 1. col. è regione istorum verborum: *Eam esse de iure divino*, appone in margine, *Cautè lege hac, & inferius in hoc art. vers. Cum ergo ex dictis*, ibi: *Valde probabiliter colligere possumus, & vers. Ergo si Deus, & vers. Ac proinde.*

Item tom. eodem quaest. 59. art. 4. emendetur, *vitium Typographi*, ex quadam Bulla Pij III. *Sacramentis ab Ecclesia institutis*, dele, *Ab, &c.* appone, *in Ecclesia.*

IN ENGELBERTVM.

Abbatem Admontensem Notæ marg. In eius libro *de ortu & fine Romani Imperij*, cui accesserunt aliquot priores insignesq; Auctores eiusdem ferè argumenti, &c. Typis Conradij Nebenij, &c. 1610.

In præfatione, quæ incipit, *auctor huius libri*, post illud, *Eremi mirus amator*, dele usque ad, *Raro in Admontensi cœnobio*, exclusive. — Cap. 21. pag. 86. ad med. dele notam marg. *Hic monachisat, &c.* Cap. 22. pag. 89. ante med. dele marginalem: *Digitis compesce labellum, &c.*

Ex marginalibus ad *Andree Alciati libellum de forma Romani Imperij*, qui cum Engelberto circumfertur p. 101. dele marg. *Divorum imagines, &c.* — Deinde pagin. 131. expungatur: *Dantis Aligherij, Mo-*

narchia, quæ cum eod. Engelberti opere circumfertur.

In eundem Engelbertum Gasparis Bruschij Præfatio, & notæ marginales. Basileæ, per Ioannem Oporinum, 1589. ut in fine libri habetur. Vide inferius, in *Gaspari Bruschio*. 1. Class. Correctiones vero, præsertim in notulis marginalibus, ferè cædent, quæ in alia Engelberti editione.

ERICHVS Berengarius Philireus.

Eius Discursus Historico Politicus in tres sectiones distributus, prohib.

ERNESTVS Eremundus Frius.

Eius *Origo, & Historia Belgicorum triumultum*. Lugduni Batavorum, apud Bartholomæum Vander Bild. ad Insigne Pagasi, 1619. donec prodeat expurgat.

IN EVSEBII Cæsariensis Chronicon.

NOVA Temporum continuatio Germani cuiusdam, ad *Eusebij Chronicon*, ab anno Christi 1513. usque ad 1556. quæ reperitur ad finem eiusd. Chronici, Basileæ, per Henricum Petri, 1549.

Anno 1517. post illa verba, *Diripitur, ac vastatur*, dele usque ad illa, *Carolus Austria*

DICES
brorum
HIBITORU
V.
4.

stria Archidux, exclusive. — Anno 1520. post illa verba, *Triumphantium more agitant*, dele usque ad illa, *Trabs ignita, & iris*, exclusive. — Anno 1522. post illa verba, *Latinis Hebraas litteras*, dele usque ad illa, *Saxagenario maior*, exclusive. — Anno 1524. post illa verba, *Vrichus Huttenus*, dele usque ad illa, post *expostulatione cum Erasmo*, excl. — Anno 1525. post illud, *D. Fridericus*, dele usque ad illa, *per hos dies defunctus est*. — Anno 1526. post illa verba, *Cum tripudio abijt*, dele usque ad illa, *Clemens VII. Pont.* exclusive. — Anno 1527. post illa verba, *mitissimus Caesar*, dele usq; ad illa, *mox Pontificem*, exclusive. — Anno 1528. in illis verbis, *Tum altaribus, tum simulachris*, dele, *simulachris*, & repone, *imaginibus*. — Anno 1529. post illa verba, *Deferuit, & aufugit*, dele usque ad illa, *Franciscus Sforzia*, exclusive. — Anno 1530. post illa verba, *Ac suorum asseclorum*, dele usque ad illa, *confessio audita*, exclusive. —

Anno 1531. post illa verba, *Patrius Marinus*, dele usque ad illa, *diem extremum*, excl. — Et inferius, post illa verba, *Principes, & civitates*, dele usque ad illa, *Patrum per totam Germaniam*, excl. — Et post illa, *Oecolampadius Winpbergen*, dele usque ad illa, *ex ulcere canoro*, excl. — Anno 1532. post illa verba, *Nomberge agitarunt*, dele usque ad illa, *Turorum Imper.* excl. — Anno 1534. post illa verba, *Nuper ob divortia*, adde, *hereticus*, dele verò usque ad illa, *Pirata*, quidem excl. — Et inferius, post illa, *insolentem*, dele usque ad illa, *Vice-Rex Hispania*, excl. — Anno 1536. in illis verbis, *Roterodamus*, dele, *Decus Germaniae*.

Et ex editione 1516. In Additione cuiusdam Germani, in *elogijs*, post verbum *Permissa*, dele usq; ad, *Zelinus Turca*, excl.

EVSEBII Candidi

EIVS, *Plausus luctifica mortis*, prohib.

